


L 62. 38.
H.



DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM INAVGVRALEM
 QVA
 STABILITO VERO SENSU
VERBORVM HOSEAE XI, I.
 DIFFICVLTATES
 CIRCA
ALLEGATIONEM MATTHAEI II, 15.

COORTAE TOLLVNTVR
 CONSENTIENTE
 AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
 PRAESIDE PROMOTORE
 VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQVE

DOMINO
IOANNE FRIDERICO STIEBRITZIO
 PHILOSOPHIAE ATQVE OECONOMIAE PROFESSORE
 PVBLICO ORDINARIO
 FAVTORE ET PATRONO PIE COLENDO

PRO
 SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
 RITE OBTINENDIS

D. MAII A. MDCCLIII.
 PLACIDAE ΦΙΛΟΛΟΓΟΥΜΕΝΤΩΝ ΔΙΣΚΥΣΙΩΝΙ
 SVBMITTIT
 AVCTOR RESPONSVRVS

IOHANNES SAMVEL KNOTHIVS
 SAGAN. SILESIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
 TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.



DISSERTATIONEM IN THEOLOGICA UNIVERSITATE
 STATUTO VESTRO
 WIKTORIVM HODORAE XII.
 PRACTICAE
 AD AGATIONEM MATTHEI II.
 COGITAE TOXIVTAR
 CONSISTENTE
 AMPLISSIMO HONORUM ORDINE
 PRAESIDE P. SODOR
 VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO
 DOMINO
 JOHANNI FRIDRICO STIEBRITZIO
 THEOLOGICO ET ORATORIAE PROFESSORI
 PABLO OTTAVIO
 FACTORE ET PRAESIDE HONORIS
 SUMMO IN THEOLOGICIS HONORIBUS
 P. SODOR
 P. SODOR
 P. SODOR
 JOHANNES SAEVUS KNOTHIVS
 LEGATI AUSTRIACAE
 HERRN HANSDORF GILAE
 THIS JOHANNIS KNOTHIVS CRANKHT



V I R O
SVMME VENERABILI
EXCELLENTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO
D O M I N O
IOANNI FRIDERICO
B V R G I O

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS
SVPREMI CONSISTORII CONSILIARIO
ECCLESIARVM ET SCHOLARVM A. C.
INSPECTORI GRAVISSIMO S. S. THEOLOGIAE
IN VTROQVE VRATISLAVIENSIVM
GYMNASIO PROFESSORI
PRIMARIO

PATRONO SVO AC EVERGETAE

OMNI PIETATIS CVLTV AETERNVM VSQVE PROSEQVENDO
SCRIPTVM HOCCE QVALECVMQVE

IN
ANIMI OBSTRICTISSIMI TESSERAM

OFFERT

ET SACRVM ESSE CVPIIT

IOANNES SAMVEL KNOTHIVS

SAGAN. SILESIVS.

V I R
SVMME VENERABILIS
EXCELLENTISSIME, AMPLISSIMEQVE.



andem, iam inde a plurimis an-
nis quam exoptabam, mihi
enascitur occasio, qua publi-
co quodam monumento de-
vinctissimam TIBI mentem
meam quodammodo decla-
rare possem. Me vix ac ne
vix quidem, haud diffiteor, audaciae notam cui-
taturum esse, si istiusmodi quid TIBI a me
iam tradi, quod TANTO TVO NOMINE
dignum haberi queat, mihi persuaderem.
Etenim hoc si statuerem, certe vel meae tenui-
tatis, vel Amplitudinis TVAE nescius forem.
Procul itaque dubio verecundia, ne paginis
hiscē ILLVSTRE NOMEN TVVM prae-
figerem, oblitisset, nisi tam pietatis lex, quam
larga

larga a TE variis modis, cum inter Auditores TVOS referebar, in me collata beneficia, suo quasi iure postulassent, vt publicum hocce grati animi testimonium proferrem. Possem quidem, si liberet, in enarrandis hisce beneficiis longus esse, nisi breue huius pagellae spatium ad eadem capienda haud suffecturum esse facile perspicerem. Possem simul in laudes TVAS excurrere, nisi, ne modestia TVA, quae veras laudes inuita audit, vocem hanc meam recusaret, vererer. Nullus interim tamen dubito, quin benigno laetoque vultu hanc meam *ἐπιγραφήν* accepturus sis, quae quae TIBI debeo, non exsoluo, sed profiteor. Accipe igitur, VIR SVMME REVERENDE, specimen hoc, quod in omnimodi obsequii pignus certissimum venerabundus offero, pro summa, quae TIBI sollemnis est, benignitate. TV, quae TVA est humanitas, quam omnes, quibus cognitio TVI obtigit, optimo iure praedicant, ea, quae in leuidensi hoc scripto emendanda obuenerint, condones. Hoc ceterum deuotissima mente precor, persuasissimum

A 3

mum

MVIIITOMK 2 I

num habeas, cunctis me viribus perpetuo eo
allaboraturum, vt, quamquam me maximis
obsequiis patrociniū TVVM demereri haud
posse me non fugiat, nulli tamen animi obser-
vantia reuerentiaque secundus inueniar. In-
terim DEVM IMMORTALEM supplex de-
veneror, vt, quo laboribus TVIS eximiis orbi
erudito nec non ciuitati christianae per lon-
gum adhuc tempus inseruire possis, vires ani-
mi corporisque TVI nouis indies accessiōibus
adaugere, saluum incolumemque diu conser-
uare, Familiamque demum splendidissimam
TVAM per longam annorum seriem sospitare
velit. Huic fastigio votorum meorum vni-
cum adhuc adiungo, velis nimirum et in po-
sterum Patrociniū Fauoreque TVO dignum
centere

T V I

Dabam Halae Magdeburg.

V. Calend. April.

A. O. R. MDCCLIII.

obseruantissimum

I. S. KNOTHIVM.



§. I.



um res sospitatoris generis humani maximi fit ponderis; isque per statum humilem, qui plurimorum indignationem prouocauit, scandaloque interfuit, ad gloriosum ducendus fuerit: mirum non est, quod plerumque ipsum concernentia mature a uatibus V. T. Deo prouidente praesignificata sint. Id uero eo magis necessarium erat, quia Deus pro omniscientia sua facile praeuidebat, non defore aliquando, qui iamdudum expectati Messiae nomen sibi adrogatur, aliosque in errorem inducturi essent. Effecit hoc ipso Deus, ut bonae mentes, a deceptoribus auocatae, uerum Messiam, quoad singula ferme delineatum, attentis oculis adspicerent, conspectumque ambabus amplecterentur manibus; atque e contrario errori patulas praebiturae aures non haberent, quod ad sui ἀπολογίαῶν proferre possent.

Res Messiae sunt in V. T. praedietae.

§. II.

§. II.

Et sic etiam
reditus eius
ex Aegypto.

Inter circumstantias, quibus hominum redemptor vestitus fuit, referri meretur, quod admodum tenebrosus, structas ab Herode insidias euitaturus, in Aegyptum commigrarit, atque ex ea, prostratis vitae suae hostibus, iusto tempore remearit. Et reditu quidem hoc perquam opus erat, nisi quae de Galilaea rebus gestis clara, de euangelio ex sione egressuro, de miraculis inter Iudaeos parandis, de perpeffionibus et acerbissima morte sustinenda, tum ab aeterno decreta, tum a prophetis praedicta erant, in irritum cadere deberent. Cum vero tanti momenti res ab hoc reditu in terram Iudaicam penderent, ex quibus executioni datis verus Messias agnosendus erat: facile diuinatione quis adsequi potest, eum a prophetis non intactum relictum, sed perspicue satis praedictum esse.

§. III.

Quaeritur vero,
quisnam propheta
eum praenuntiauerit.

Confirmat id ipsum diuinus MATTHAEVUS, cap. II, 15. adseuerans, ea ratione *impletum esse dictum a Domino per prophetam dicentem; ex Aegypto vocaui filium meum.* Quamuis vero ex his satclare constet, prophetam fuisse, qui de Messia, ex terra Aegyptiaca reduce, in antecessum diserte locutus sit: non tamen aequae clarum est, quisnam prophetarum in subsidium vocari debeat, qui, inspirante Deo, illa in medium protulerit. Vides itaque scripturarum sacrarum interpretes modo ad hunc modo ad alium recurrere, atque aliquando nescire, vbi pedem figere possint. Vnde iam dudum GODOFREDVS OLEARIVS in *obseru. ad Matthaeum* p. 54. scripsit: *inter alias allegationes scriptorum N.T. omnes vel maxime*

me certe interpretes exercuit ista, qua verba prophetarum cuiusdam de Deo, filium suum ex Aegypto vocante, Christo salvatori applicuit Matthaeus evangelista. Quae cum ita sint, nos operae pretium facturos esse arbitramur, si post sobriam meditationem tentemus solida ratione occurrentes hic difficultates tollere, Matthaeique fidem confirmare; vt Iudaeorum aliorumque cavillationes, contra oracula V. T. in N. T. atque inprimis a Matthaeo citata, repellere possimus. Distribuemus vero nostrum laborem in duas sectiones, quarum altera aliorum sententias examinabit, vt pateat, in iis subsistendum non esse; altera vero et genuinum locum propheticum, quem in mente habuit *Matthaeus*, declarabit, et veram eius interpretationem, qua admissa, omnes difficultates expirant, exhibebit. Faxit Deus, vt feliciter!

S E C T I O I.

IN LOCA AB ALIIS PRODUCTA
INQUIRENS.

§. IV.

Priusquam vero ad rem ipsam accedamus, quosdam canones constituemus, tum diiudicationi aliorum, tum commendationi nostrae sententiae, inferuituros; quos aequus lector nobis facile largietur. Occasionem iis dabunt ipsa verba, quibus in hoc negotio utitur evangelista. Sanctus scilicet *Matthaeus* dum in eo est, vt probeat, reditum Christi in terram Iudaeam iam dudum praesignificatum esse, ait; *vt impleretur dictum a Domino per prophetam, dicentem: ex Aegypto vocavi filium*

Ad diiudicationem huius rei canones constituuntur.

B

filium

filium meum. Ex his inferimus: 1) *is V. T. locus, ab interpretibus huc vocari solitus, qui a propheta pio, ex Israelitico populo orto, profectus est, longe anteferendus est illi, qui homini extra ecclesiam Israeliticam constituto, quibusdam tantum diuinæ inspirationis actibus gauiso, turpique seductori, debetur.* Quamuis enim lubentes concedamus, Deum per praegnantissimas rationes, atque inprimis quo minus se inter maxime coecas gentes ἀναμαρτυρον esse finiret, hominum etiam extra ecclesiam degentium, et simul impiorum, ministerio vsū esse, vt, sicuti de aliis, ita etiam de futuris, suae aetatis homines commonefacerent; vnde prophetarum nomen obtinere potuerunt: illud tamen ad ductum scriptorum N. F. defendimus, quod huius scriptores ne in vno quidem loco, extra dubium posito, ad eorum adserta tamquam diuina, prouocauerint, eaque tamquam impleta adduxerint; sed potius, quoties antiqua oracula excitanda fuerunt, ad vates in gremio suae gentis natos, eosque intemeratae vitae viros, vt probanda eo rectius probare, et aduersus obrektiones omnes corroborare possent, adlegauerint. Quae cum ita sint; quis dubitabit, in loco in controuersiam tracto, vbi quaestio de propheta, quem in mente habuerit scriptor facer N. T. mouetur, proxime atque ante omnia cogitandum esse de bonae notae propheta, Abrahamidarum contribule? II) *Vivit το ενθεν* DICTVM significet; saepius tamen, nisi semper, ab euangelistis, oracula vetera vt impleta citantibus, adhibetur, vt idem valeat; ac το γεγραμμενον SCRIPTVM. Hinc proximum est, si de loco dubio differitur, vt de scripto oraculo, non vero de orali traditione cogitur, quando quaestio de eius auctore mouetur. Nititur haec obseruatio

seruatio non solum inductione *Math.* I, 22. c. II, 17. 23. c. III, 3. c. IV, 14. c. VIII, 17. c. XII, 17. c. XIII, 35. c. XXI, 4. c. XXII, 43. c. XXIV, 15. c. XXVII, 9. 35. z. r. λ. verum etiam conuictionis obtinendae facilitate, cum littera scripta maneat, commodiusque a quouis relegi queat. III) *Quamuis concederemus, quod tamen non concedimus, scriptores N. T. per voces ἡρα πλῆρωσι ali-* quando nonnisi meram adcommodationem loci alicuius *V. T. ad suum, circa quod versantur, negotium inuere; ante tamen, quam ad illam prouocamus, probe dispiciendum est, virum aliquis locus inueniri queat, qui κατὰ πρόσω de re illa, quae tractatur, agit. Quodsi vero hic occurrat, oppido patet, iure hunc tenendum, non vero in nuda adcommodatione subsistendum esse.* Adcommodatio enim, quae adplicatio alibi dictorum et factorum ad casum similem est, illustrat, et quid opportune factum aut faciendum sit, docet; non vero probat et confirmat, neque rem ita fieri debuisse euincit. Messiam, eiusque opus redemptionis, cum omnibus consequentibus, si spectamus: non sane sufficebat, cum ipsi a Iudaeis, praeconceptis opinionibus abreptis, infinitae lites mouerentur, vt alio loco dicta ad ipsum transferrentur. Poterant enim aduersarii eius obiicere, haec obtorto collo huc vocari; necesse potius erat, vt, quae indubie de veri nominis saluatore ab antiquis vatibus praedicta erant, in nostro conspici ostenderetur. Conferri hic possunt, quae in *vesperis Grominganis*, p. 401. sqq. et apud SPANHEMIVM dub. LXII. - LXXII. inprimis p. 519. sqq. leguntur. Porro IV) *Quamquam in aliquo loco, ad quem prouocant Noui foederis scriptores, de re, in qua occupantur, agi queat vel literaliter, vel mystice: adsero tamen, illum textum.*

ex quo litteraliter probatio alicuius negotii desumi potest, praefendum esse illi, ex quo, substrata mystica explicatione, illa demum deriuanda venit. Mysticus enim sensus remotior, difficilior, atque inexercitatus non adeo obuius est; vt taceam, eum a bene multis plane non admitti, et ludibrio exponi: litteralis sensus propinquior, facilius, atque adhibitis bonae interpretationis regulis magis intelligibilior deprehenditur. Quae de locis diuersis dixi, etiam valere volo de vnus loci explicatione. Si litterali sensu posito iam obtineri potest rei tractatae probatio; quid opus est, vt in mysticismo quaeramus probationem? Denique V) si aliquis locus V. T. iisdem omnino vel similibus verbis retentis, eosdem plane actus describit, quales in N. T. textu, vbi ad priscum quoddam oraculum prouocatur, leguntur; inde tamen nondum sequitur, vt ille is locus sit, in quo adquiescere queamus; sed requiritur etiam, vt ostendatur, antiquo scriptori de eodem subiecto sermonem fuisse, ipsumque in mente habuisse de eadem plane re vaticinari. Cum enim non raro contingat, vt duo, immo plures homines eadem in quibusdam fatâ subeant: nemo sanus dicere potest, recensionem priorem vaticinium complecti eius, quod posteriori loco commemoratur.

§. V.

Quibus ita explicatis, accedemus ad illa V. T. loca, ad quae prouocarunt huc vsque viri eruditi, quando locum a Matthaeo excitatum inuestigare voluerunt, dicturi, qua de causa cum iis facere nequeamus. Existimat igitur cum aliis OLEARIVS in *obsf. ad Marthaeum* p. 57. sqq. respicere Matthaeum ad Numer. XXIV, 8. vbi מוציא ממצרים אל Deus eduxit eum ex Aegypto,

Hinc d) Num.
24, 8. reii-
tur.

Aegypto, dicitur. Utque suam sententiam aliis eo re-
 citius persuaderet, monet 1) veteres Iudaeos hunc lo-
 cum de Messia explicuisse, darique similitudinem in-
 ter verba Bileami atque moribundi Iacobi, ab EVSE-
 BIO *demonstr. euang.* L. IV. p. 423. vberius euolutam.
 Huic 2) accedere putat, quod verba Matthaei maxi-
 mam partem cum Bileami verbis consentirent. Fuerunt,
 quibus haec sententia admodum arrisit; quos inter
 THEOPHILVS ALETHAEVS *in der gründlichen Erläu-
 terung, im ersten Versuch* p. 707. nota c) numerari meretur;
 fuerunt vero etiam, qui eam repudiarunt, vti SPAN-
 HEMIUS *dub. euang.* P. II. p. 477. WOLFIUS *in curis
 Philol. ad Matth.* l. c. et alii, quibus et nos, argumeto-
 rum ponderibus adducti, adsentimus.

§. VI.

Quamvis enim 1) Bileami verba, extra contex-
 tum rapta, idem edisserant, quod Matthaei verba in
 se spectata volunt; dum verobique de educatione seu euo-
 catione ex Aegypto agitur: nequaquam tamen intra
 contextum considerata eodem tendunt verba illius,
 quo tendunt verba huius. Matthaeus enim de Christo
 loquens in eo est, vt locum designet ex V. T. qui de
 Christo testimonium perhibeat. Longe vero aliud
 consilium iniit Bileamus, vt pote qui de populo Israe-
 litico verba facit. Fidem conciliamus adsero nostro
 ex vers. 5. - 7. vbi de populi Israelitici, quem a condi-
 tore suo modo Iacobum, modo Israelem nominat; de
 sedibus breui Deo providente in terra Canaan occu-
 pandis; de earum foecunditate atque amoenitate; et
 hinc de felici huius populi statu; de eius multiplicati-
 one;

tione; de virium robore cum tempore acquirendo; et denique de republica et regno constituendo, quod aliis terrorem incussurum sit, loquitur. Cumque haec ita edisseruisset, mox vers. 8. subdit: *Deus eduxit eum ex Aegypto*; significaturus, mirum non esse, Deum gentem hanc ad tantum felicitatis fastigium euecturum; quia Deus eandem cum singulari potentiae demonstratione, adhibito stupendorum miraculorum insigni numero, quorum fama totum orbem peruasisset, ex Aegypto, superatis impedimentis omnibus, gloriosissime eduxisset. Hoc enim ipso ad intelligendum dedisset, se nunc tandem aliquando executioni daturum largissima promissa patribus praestita, de posteris in immensum multiplicandis, de terra Cananica ad habitandum concedenda, et de omnis generis felicitate indulgenda. Cuinam, haec cum ita sint, in mentem venire potest, phrasin: *Deus eduxit eum ex Aegypto*, trahendam esse ad Messiam, ex Aegypto olim euocando? Equidem bene nouimus, OLEARIVM hanc dictionem ad proxime ante nominatum populi Israelitici *regem* referre, perque eum *regem Messiam* designatum esse existimare; vnde prono alueo, quam amplexus est, sententiam sequi existimat. Sed cum populus Israeliticus principale sit, circa quod Bileamus versatur, obiectum; iure suffixum י in voce מוציא vers. 8. ad eundem populum pertinere censendum est, sicuti idem suffixum ter de eodem iam adfuit vers. 7. Atque id ipsum euidentissime confirmatur per ea, quae immediate sequuntur, quae non de Rege, qui altior futurus sit Agago; sed de *ipso populo* agunt. Si itaque apud Bileamum nihil de Messia ex Aegyptiaca terra educendo legi-

legitur; cadit iam, quam OLEARIVS eruditissime propofuit, explicatio, nosque merito statuimus, eum mentem veram Bileami non eruisse, sed sensum plane ab eo alienum in ipsius verba intulisse. Bileamus sane hic nihil aliud innuit, quam id ipsum, quod iam alia occasione, cum itidem adflatu diuino polleret, cap. XXIII, 22. significauerat, vbi eadem verba habentur, nisi quod loco suffixi singularis ἰ plurale ἰ, quia vtique integer populus per *Iacobum* s. *Israelem* intelligebatur, occurrat. Repetendus hic est *canon* noster V. quem §. IV. propofuimus.

§. VII.

Cum 2) Matthaeo teste, propheta quidam de patre dixerit; *ex Aegypto vocaui filium meum*: consequens est, vt ea ipsa verba, ad quae adlegauit euangelista, saltim quoad id, quod in iis palmarium est, in loco prophético habeantur. *Filii* vero vox in hac propositione potissima maximique momenti est; siquidem Iudaeis quacumque occasione inculcandum erat, Iesum esse Dei filium, paterna cura ab initio statim gauisum, verumque Messiam: sequitur ergo, vt haec ante omnia in textu aliquo prophético, vel in eius antecedentibus, ostendi debeat. Quodsi nunc hanc iuxta obseruationem locum ex Numeris contempleris; nullam reperis *fili* alicuius, siue in antecedentibus, siue in consequentibus, siue in ipsismet eius verbis, mentionem. Immo ne LXX. quidem hac voce hic vtuntur; vt taceam, neque eos verbum *εκαλεσα* adhibuisse. Ex quibus indicio est, inter locum Matthaei atque oraculum Bileami nihil omnino commune esse. Opina-
tur

tur quidem vir beatus, praeuidit enim, sibi hunc scrupulum iniici posse, potuisse Matthaeum hanc vocem ^{is} ex locis similibus addere. Sed quilibet facile perspicit, Matthaeum alterius verba, prouti iacent, producere; non vero mutare, supplere aut scopo suo conformare voluisse: praecipue cum, si solum reditum spectes, sufficere potuisset dixisse: *ex Aegypto vocaui illum* sc. *πειδιον*. vers. 14.

§. VIII.

Et finitur.

Quando 3) Matthaeus dicit, impletum esse dictum a domino *per prophetam*; tum per *canonem* I. §. 4. adlatum atque probatum, recte de veri nominis propheta, viro pio, ex gente Israelitica oriundo, cogitamus. Quandoquidem vero nihil eius de Bileamo legimus, utpote qui Betoram, Mesopotamiae urbem, patriam habuit, atque insuper pessimi vir ingenii fuit; porro, Iosuae XIII, 22. *diuinatoris* nomine venit; et denique apud scriptores N. T. 2 Pet. II, 15. Iud. vers. 11. Apoc. II, 14. male audit: ab omni probabilitate abhorret, Matthaeum *δια τῆ προφητῆς* huncce Bileamum intellexisse; imprimis quia hunc morem scriptores S. N. T. numquam non tenuerunt, vt, sua ex antiquis prophetis probaturi, nonnisi ad veros prophetas, eosque contribules, prouocauerint. Non itaque hic sufficere potest, quod 2 Pet. II, 16. Bileamus *προφητῆς* salutetur, et quod spiritus superuenientis oraculis gauisus sit, visaque diuina interdum habuerit. Ex his enim ad summum sequetur, ipsum vocari posse *prophetam*; illud autem nondum conficitur, quod vel Matthaeus, vel vllus alius scriptorum sacrorum, ipsius oracula adlegauerint, vt fidem

fidem facerent suis dictis. Conf. quae ven. *Deylingius* habet in *obss.* P. III. obs. 10. Neque plus praesidii habet ex eo OLEARIVS, quod *Epimenidem* Paulus *Tit. I. 12.* prophetae titulo exornet. Quem enim fugit, *Epimenidem* nequaquam *περοφάνην* simpliciter dici, cuiusmodi quid ramen in *Matthaeo* occurrit; sed Paulum ipsum tantum *PROPRIVM Cretensum prophetam* vocare? vide simile quid *Act. XVII, 28.* Nolumus vero plura cumulare, rati quippe, nos manifestum reddidisse, in *Numeris* non legi, quae *Matthaeus* excitauerat.

§. IX.

GALATINVS, vt nunc ad alia veniamus, de *arc-* Galatinus, *nis cathol. verit. L. VIII. c. 4.* ex quorundam Rabbīnorum qui *Pf. 80, 9.* scriptis euincere studet, fuisse inter illos, qui de Mes- producit, *sia* ex *Aegypto* renocando scripserunt; ideoque ex R. confutatur. *MOSCHE HADDARSCHAN* et *R. HAKKADOSCH* docer, ipsos verba *Pf. LXXX, 9.* *vitem ex Aegypto transtulisti aut transferes,* ad Christum rerulisse. Placent haec GALATINO; et, quia vox *עֵצֵי* in futuro existit, negat, prophetam de populo *Israēlis* fuisse locutum. RIVETVS dum haec ad *Hoseae XI, 1.* *opp. T. II. p. 743.* adduxerat, probe et sobrie monet, haec verba, *R. HAKKADOSCH* a GALATINO tributa, sibi valde suspecta videri, piisque fraudibus, quae plus damni, quam emolumenti, bonae causae adferrent, adnumeranda esse: addit quoque tum antecedentia tum consequentia adducti *Psalmi* satis ostendere, verba citata de alio, quam de populo *Israelitico*, non posse intelligi. Et sane, qui scopum, quem *psalmi* auctor sibi praefixit, attenta mente contuetur; is non potest non in doctissi-

C

mi

mi RIVETI sententiam ire. Dum enim Psalmista in eo est, ut Deum ad misericordiam commoueret, quo corruptissimum gentis suae statum sibi curae cordique esse fineret, eumque emendaret; ipsi quasi in memoriam reuocat pristina, quae in Israelitas contulisset, beneficia; postea tristem rerum catastrophem graphice depingit; et denique ad votum pro salute eorum se recipit. Inter prisca vero beneficia etiam hoc refert vers. 9. quod ipsos Deus ceu *vitem ex Aegypto transtulerit* in terram Canaan, inque ea, expulsis gentibus, plantauerit, ut radices agere, et longe lateque se diffundere potuerint. Per *vitem* nonnisi populus Israeliticus intelligitur; sic enim Iudaei saepius ecclesiam Israeliticam compellauerunt, ut pluribus docet 10. **LIGTFOOTVS** *hor. Ebr. p. 1104.* Et recte quidem, quia ipsis praeiuerunt *Iesaias*, vates, c. V, 1. sqq. et *Ieremias* c. II, 21. quibuscum consentit ipse *Christus Matth. XXI, 33.* sqq. Hanc vero *vitem proficisci fecit seu transtulit*, pro benignitate sua, Deus ex solo Aegyptiaco, huic viti parum fauorabili, in solum ipsi foecundissimum, terram sc. Canaanis. Confirmant hanc explicationem, quae voti adinstar proferuntur vers. 15. ubi Deus rogatur, vellet iterum ex coelis respicere, *hanc vitem*, quam vers. 16. *plantam* nominat, considerare, eamque gratiose visitare. Omnis tandem controuersia finitur, si fortissimum motiuum, quod ad flecendum Deum vers. 16. proponitur ad auxilia obtinenda, perpendimus dicitur enim: *et quidem ob filium, quem firmasti tibi*, quod ipsum vers. 18. adhuc semel repetitur. Cum hic *filius* nonnisi Messias ipse sit, cuius intuitu pater gratiam largiri rogatur, ut *viri* bene sit: quis

quis sibi in mentem venire patietur, per vitem ex Aegypto allatam eundem Messiam denotari? Lubentes praeterimus, quae praeterea moneri possent, ubi ex textu ipso GALATINI sententia satis confutata est. Vide §. 4. can. V.

§. X.

WHISTONVS, aliam ingressus viam, in conatu *ge-* WHISTO-
ruinum textum V. T. restituendi, et vindicandi citationes in N. NVS lectores
T. factas, Anglice edito, propof. III. p. 88. ad les. XLI, 8. 9. ad Ef. 41, 8. 9.
 a Matthaeo adludi putat. Eum vero in finem textui remittens re-
 ebraeo, ut videtur, manus violentas infert, vocem-
 que nouam adfricat, statuens, pro ומצרייה *vers. 9. le-*
gendum esse ומצריים; ita ut sequens vers. 8. et 9. sen-
tius prodeat: tu autem Israel seruus meus, Iacobus, quem elegi,
semen Abrahae amici mei; quem adprehendi e finibus terrae,
 ET EX AEGYPTO VOCAVI TE; dixique tibi, seruus
meus tu, elegi te, et non repudiaui te. Posset ad retunden-
 dum WHISTONVM sufficere, si eum cum Vener.
 CARPZOVIO *in crit. S. P. III. p. 858. ita compellaremus:*
Tuam fidem WHISTONE! adeone contra omnium codicum
lectionem, contra versionum omnium, et vel maxime LXX ra-
lis testificationem, cuius tamen tanta tibi est auctoritas, fontes
corrumpere, verba pro verbis surrogare, imprudencioribus-
imponere, et ex ingenio fingere lectionem par erat, modo ut ora-
culum responderet תן ספרים; cedo codicem, in quo legisti
 ומצריים? *aut versionem, quae hanc lectionem subministra-*
uit? Aut num מצרייה idem est, ac AVT OF EGYPT?
Vulneratae causae indicium est, instrumenta authentica fal-
sare, aut corruptis verbis in eum citare sensum, qui partis re-
spondeat voto. Aut enim WHISTONVS receptam huc-
 usque lectionem retinet, aut eandem cum voce
 ומצריים commutat. Si hoc, quod videtur, ipsi allu-
 C 2 bue-

buerit; tum sine omni auctoritate loquitur, precario aliquid fumit, atque in proprio cerebro nata diuino textui obtrudit. Si illud sibi persuadet; tum aquam prius ex pumice eliciet, quam מִצְרַיִם *Aegyptum* significare probabit. Vox enim מִצְרַיִם *opimatem*, ex plebe *selectum* denotat Ex. XXIV, 11. a rad. מָצַא *seposuit, reposuit*; quacum *Arabica* significatio verbi, vbi idem valet ac, *nobili stirpe oriundus fuit*, conferri potest. Quibus positis, sensus est; *Abrahamum*, de quo quippe in antecedenti membro sermo fuerat, *qui inter principes viros Chaldaeae exstitit, a Deo gratiose vocatum atque euocatum esse*. Celeb. quidem VITRINGA ad h. l. vocem *azileha* exponit *de lateribus terrae*: sed si WHISTONVS hanc interpretationem arripere, atque tunc de *vocatione ex Aegypto* accipere veller; tum respondeo a) ipsum idoneo scripturae loco hunc vocabuli usum corroborare non posse; et b) non *Aegyptum*, sed potius *Mesopotamiam* seu *Chaldaeam*, ex qua eductus est Abrahamus, *latera terrae* vocari. Conf. *Ierem.* VI, 22. c. XXXI, 7. Aegyptus enim non adeo longe remota fuit a Iudaea, medio tantum deserto ab ea diuisa. Quocumque igitur modo rem contempleris, nihil tamen occurrit, quod WHISTONVM, reditum Christi ex Aegypto hic venantem, iuuare queat. Sed si vel maxime poneremus, quod tamen numquam poni potest, lectionem et versionem ab *Anglo* turpiter confictam rite se habere: nihil tamen lucri ad ipsum redire potest; siquidem totus contextus id eloquitur, hic nonnisi de populo Dei seu ecclesia sermonem esse. Vnde pleno alueo sequitur, vt, quod telum contra locum *Hof* XI, 1. vibrauerat, quem et nos ipsi infra huc trahemus, in ipsummet conuerti possit. Nolu-

Nolumus in confutanda opinione manifesta falsa, quaeque haud facile alios fautores sibi conciliabit, nisi scripturarum sacrarum deprauatione aequè delectatos, copiosiores esse; sed amandamus lectores nostros, si de genuino verborum sensu instrui cupiunt, ad CEL. VI-TRINGAE Commentarium modo excitatum.

§. XI.

Venimus tandem ad ALTINGIVM, qui opp. T. II. p. 12. 14. 15. existimat, *testimonium a Matthaeo allegatum in Ierem. XXXI, 16. haberi, licet ille non eadem verba prophetae expresserit, sed sententiam suis verbis enuntiarit, quemadmodum idem factum in ultimo testimonio, hoc capite a Matthaeo producto.* Refert huc vir beatus vltima vers. 16. verba: *et reuertentur ex terra hostis; confirmationisque causa addit: terra hostis κατ' ἔξωθεν est Aegyptus, utpote cum Pharaeo fuerit hostis primus Israelis, qui bis absolute ירמא adpellatur Ex. XV, 6. 9. Reditus etiam in Aegyptum summus gradus poenae statuitur Deut. XXVIII, 68. quasi omnibus beneficiis Dei, quae coeperant ab educatione ex Aegypto, irritis factis. Iam Messias venerat in Aegyptum - et hoc ipso desperata quasi reddebatur salus et redemptio eius. Attamen ut fidei opus non deficeret, quod exserebatur in luctu ob subductum illum ex oculis, promittit hanc mercedem, potituram denuo iis, quibus sibi carendum arbitrabatur. Redituros enim ex terra hostis. Primum quidem Iesum ipsum redituros ex Aegypto, et hoc respicit Matthaeus, quando suis verbis refert, summam et scopum vaticinii, EX AEGYPTO VOCAVI FILIVM MEVM - - Nisi quis malit ex traditione habuisse - - Matthaeum testimonium praesens - - Et haec eius reuersio fuit praeludium reditus ex terra hostis, quem Pharaeo adumbravit,*

Neque ALTINGII sententia, cui Ierem. 31, 16. placuit, admittitur.

diaboli; quod licet venturus sit in huius terram, regionem mor-
 tis (vnde non minor tristitia discipulorum Luc. XXIV, 19.
 sqq.) tamen inde reuocandus esset per resurrectionem, hoste su-
 perato. Et pariter filii occisi, eius virtute tandem erant vin-
 dicandi ex potestate mortis, cuius fiduciam faciebat reditus
 Christi ex Aegypto adspecabili. At enim vero varia sunt,
 quae monenda esse duco contra propositam ab *Alin-*
gio sententiam. Male 1) me habet, quod neque in
 textu ebraico, neque in versione των LXX. quidquam
 eorum vocabulorum legatur, quae in Matthaeo ex-
 stant. Vnde iam illud consequitur, vt, si locus ostendi
 poterit, vbi ipsa verba habentur, is omnino praefere-
 rendus sit ei, in quo ne vestigium quidem verborum
 comparet. Dein 2) neque res ipsa, de qua Matthaeus
 agit; vtut sibi hoc ipsum Vir doctissimus persuasit, hic
 deprehenditur. Id probabo 3) ex vocabulis, quibus
 procul dubio res significata est. Etenim 4) sermo pro-
 phetae est *de terra hostis*; quae minime gentium *Ae-*
gyptum denotat. Quamuis enim olim Pharaeo εχθρως
hostis audiat Ex. XV, 6. 9. reditusque in Aegyptum Israe-
 litis prohibitus fuerit: non tamen siue Ieremiae, siue
 Messiae tempore haec terra ita vocari poterat. De Ie-
 remiae ipsius aetate notum est, quod foedere iuncti
 fuerint Iudaei, improbante licet Deo, Aegyptiis, item
 quod commercia cum iis excoluerint, auxilia eorum
 aduersus Assyrios et Babylonios implorauerint, atque
 agminatim in Aegyptum commigrauerint. Et quod
 attinet illam aetatem, in quam Messias incidit, noto
 notius est, tum Iudaeam tum Aegyptum communi ali-
 cui domino, Romanis scilicet, tum temporis paruisse,
 atque ea aetate Aegyptum Iudaeis praeter modum re-
 pleram

pletam fuisse; qua de re, vt breuitati consulamus, videri potest **LIGTFOOTVS** in *hor. ebr.* ad *Matth.* II, 14. Quae cum ita sint, quis *terram hostis* audiens de *Aegypto* cogitabit? ב) Postea propheta vtitur verbo *pluralis* numeri, שׁוּבָי *reuertentur* ex terra hostis. Qui hoc ad *Messiam*, eiusque tempora? cui vsui hic *pluralis*? filii, quorum causa matres afflictissimae eiulabant, sicuti vers. 15. cap. XXXI. *Ierem.* exponitur, non in *Aegyptum* profecti erant, ex qua in solatium matrum suarum redire poterant; sed misere obruncati, ita vt plane non amplius essent. Ad hos ergo *pluralis* numerus nihil pertinet. Si vero solum *Iesum* respicere debet; vti respicere ex mente **ALTINGII** deberet: tum singularium numerus adhibendus tantum erat. Hinc titubatur hoc loco vir eruditissimus, modo ad traditionem quamdam oralem, modo ad reditum ex terra seu regno diabolico recurrens. β) Ex vero dicti prophetici argumento. Quisquis prophetae oracula vers. 15.-17. rite apud se perpenderit; facile animaduertet, eorum sensum sequentem esse. Praedici quidem curat *Deus*, matres *Israeliticas* ob iacturam filiorum, quam passuri essent ex crudelissimo *Herodis M.* infanticidio, ingenti luctui, quod illi non amplius superstites essent, inuolendas esse. v. 15. Sed idem ille *Deus*, pro ea, qua ipsas amplectebatur, misericordia, eum intelligeret, eas afflictionibus adfectas ad saniolem mentem redituras, bonumque in *Messia* oblatum adprehensuras, non minus ipsis praenuntiari iubet, parcendum esse lacrymis, quia omnis illarum passio mox laeta catastrophe large compensanda esset: siquidem futurum, vt alii ipsorum filii, locum nefarie trucidatorum suppleturi,

ex

ex terris hostium, per quas longe lateque dispersi erant, reuenterentur. v. 16. Quamuis enim propter tenellos filios, horrendo facinore vita priuatos, nonnisi in luctum fletumque matres incidere possent; restaret tamen spes certa finis boni, fore, vt reuersuri sint alii filii ad terminum suum. v. 17. Id vero impletum est partim litteraliter, quia aetate Messiae atque apostolorum complures in Palaestinam ex toto terrarum orbe reuersi sunt; partim mystice, prouti satis constat, beneficia Messiana saepissime phrasibus, a terrestribus petitis, describi, dum innumeri alii ad veram ecclesiam, tamquam *terminum suum*, redierunt. Confirmatur haec explicatio per ea, quae nostros textus sequuntur, a quouis facile inspicienda. Ven. OPORINVS alium ad huc modum in *Miscell. GRONING. T. II. fasc. 3. p. 519. sqq. in primis p. 529. sqq.* subministrat, quem bona cum lectoris venia hic breuiter describemus, cum perbene a nobis contra ALTINGIUM disputantibus adhiberi queat. Postquam Vir Excell. pluribus adstruxerat, Deum in antecedentibus Iudaeis reditum ex captiuitate Babylonica, et post eum ingentia Messiae beneficia promississe; monet, nunc Ieremiam c. XXXI, 15. Rachelem sistere, in spe atque expectatione Messianorum constitutam, quae funestum Herodis infanticidium animaduerneret, quo promissa felicitas obnubilari, si non tolli, videbatur. Quum vero haec in acerbissimum ea de re luctum erumperet: addit propheta, Deum praesto esse, qui certissimam spem faceret, fore, vt hic tristissimus casus felicitatem tot verbis confirmatam non sit interuersurus; restare enim vtique mercedem operi eius, *postquam reuersi essent ipsius filii ex captiuitate*

tate Babylonica in terminum suum. Quodcumque amplexus fuerit lector, patebit tamen, reuersionem ex terra hostium non pertinere ad reditum Christi ex Aegypto.

S E C T I O II.

VERVM LOCVM A MATTHAEO
CITATVM SISTENS.

§. XII.

Qui hucusque ea omnia loca, ab interpretibus occasione *Matthaei* II, 15. producta, expendimus, nunc pedem ulterius promouemus, ipsissimum illum proposituri, quem reuera in mente habuit euangelista. Deprehendimus vero illum *Hoseae* XI, 1. vbi totidem verbis legitur in ebraeo: *ex Aegypto vocauit filium meum*. Plures omnino virorum doctorum sunt, quibus idem locus placuit: non tamen omnes vno eodemque modo circa eum cum Matthaeo conciliandum versati sunt. Alii enim eum nonnisi per meram adcommodationem in N. T. adhibitum esse putarunt; alii vero *Hoseam* l. c. vere de Messia agere defenderunt. Et hi quidem modo sensum litteralem, modo mysticum sensum in eruendo ex propheta Christo sunt secuti. Nostrum nunc est, singula haec modesto examini subiicere, et tandem verum modum in hoc negotio versandi proponere.

Matthaeus in
mente habuit
Hof. 11, 1.

§. XIII.

Quod igitur ad eos attinet, qui nonnisi adcommodationem h. l. admittunt, rati, *Hoseam* vnice qui-

Non tamen
per meram
adcommoda-
tionem.

D

dem de populo Israelitico ex Aegypto olim ducto agere; Matthaeum tamen, dum in casum similem incidisset, reditum Iesu in patriam ex Aegypto his illustrasse, dixisseque; hac occasione in Iesu reduce quasi denuo impletum videri, idemque euenire, quod de Israelitico populo quondam vere valuisset, quem, vate moneute, Deus ex Aegypto ceu filium suum euocasset. Suam fecerunt hanc sententiam MART. BVCERVS, CORN. IANSENIVS in *comment. in concord. euang.* C. II. ALEXANDER MORVS in *Theol. axiom.* C. 5. IO. MARS-HAMVS de *LXX. hebdomadibus Danielis*; I. F. BVDDVS in *obsf. Halensf.* T. I. obs. I. p. 8. 9. et alii. At enim vero calculo plane indigna est. Matthaeus sibi id datum esse credidit negotii, vt lectoribus suis ob oculos poneret, vel minimas vitae Iesu circumstantias inde a primis eius incunabulis curae cordique fuisse Deo, inque eius rei testimonium eas, ne casibus fortuitis tribuerentur, aut pro leuiculis haberentur, dudum ante a prophetis esse praedictas. Hinc identidem legis *ἡναι πληρωθῆναι το ῥηθεν* etc. vbi *ἡναι* nihil aliud, nisi finem intentum vel euentum praedicto respondentem, significare potest. Qua vero ratione Matthaeus sua lectoribus persuadere potuisset, si loca prophetarum, quae minime omnium de substrata materia, verum potius de aliis omnibus loquuntur, in scenam prodire iussisset? Nonne se ipsum aliorum ludibrio et Iudaeorum inprimis fannis exposuisset; nonne sine suo excidisset plane? Nemo mortalium, si vel abiectissimus quisque sit, viuit, quin subinde aliquid fatorum experiatur, quibus olim potentissimi maximique viri, quorum res gestae perpetuis commentariis illustratae superant, obnoxii

obnoxii fuerunt. Quam absonum vero et ab omni sale remotum futurum id esset, si alter, vitam illius descripturus, adlatis quibuscumque articulis leuioribusque momentis, ingeminare toties totiesque vellet; haec autem contigisse huic homuncioni, ut impleretur, quod scriptum esset in hoc vel illo libro: cum tamen in illo loco nihil quidquam de hoc, sed potius de homine plane alio, maxime illustri, natalium, virtutum et meritorum gloria conspicuo, ageretur! Quibus omnibus accedit, ne vnum quidem locum occurrere, in quo formula *ἰνα* vel *ἕως πληρωθῆ*, in allegatione alicuius dicti V. T. legitur, vbi nonnisi adcommodatio locum habeat: e contrario diligens eorum locorum inspectio et consideratio quemcumque docebit, oracula V. T. hac praemissa formula in N. T. excitata, numquam non actu de illo negotio agere, ad quod confirmandum producuntur. Vide *Matth.* I, 22. 23. c. II, 23. c. IV, 14.-16. c. VIII, 17. c. XII, 17.-21. c. XIII, 35. c. XXI, 4. c. XXVII, 35. Io. XII, 37.-40. c. XIII, 18. c. XV, 25. c. XVII, 12. c. XIX, 24. 28. 29. 36. 37. Quicumque ergo ad meram allusionem, tamquam ad salutis anchoram confugiunt, quando eiusmodi loca ipsis interpretanda sunt; nae! illi vel hermeneutarum regularum et textus sacri ignorantiam, vel saltim supinam produnt negligentiam. Et sane ea ipsa loca, ad quod IANSENIUS aliique e. c. *Matth.* XIII, 35. cap. II, 17. 18. prouocant, sensum transfuntiuum stabilituri, rem nostram, quam hucusque defendimus, fortissime tuentur. Quae cum ita sint, non intelligo, qui in nostro textu *Matth.* II, 15. eiusmodi sensus adcommodatiuus admitti possit. Vid. VITRINGA *obss.* L. 6. c. 3. p. 274.

Sicuti vero, quae attulimus, iam a priori, ut aiunt, euincere queunt, haec locum inuenire non posse; ita idem extra omnem dubitationem ponetur, si infra ostenderimus, Hoseanum oraculum vere de Messia agere.

§. XIV.

Neque adhibito sensu mystico.

Longe plures in eam concesserunt sententiam, quod locus Hoseae re ipsa Messiam pro obiecto habeat. Quia vero simul defendunt, litteraliter in eo de populo Israelitico sermonem esse; hinc volunt, mystice atque antitypice de euocatione Iesu ex Aegypto hic tractari. Profitentur inter hos sua nomina praeter HIERONYMUM, THEOPHYLACTUM, DIONYSIUM CARTHUSIANUM, LYRANUM, OECOLAMPADIUM, PAREVM, MALDONATVM, EMANUELEM SA, FRANCISCVM RIBERAM, SPANHEMIVS *l.c.* p. 501. sqq. VITRINGA *obss.* L. I. c. I. p. 123. sq. L. VI. c. 20. p. 480. IO. MARCKIVS in *prophetas minores ad h. l.* GVRTLERS *Theolog. prophet.* p. 380. WOLFIVS in *cwis.* IOAN. MAIOR *differt. de allegatione dictorum V. T. in N. T.* GLASSIVS, OSIANDER, GVSSETIVS in *comment. L. S. p. m.* 235. HEVMANNVS in *adpend. ad diff. de amore Christi immensurabili.* SCHOETGENIVS in *horis ebraicis T. I. ad Matth. II, 15.* et alii. Hos ergo si audis; populus Israeliticus, in pueritia seu prima aetate reipublicae erigendae constitutus, quem potentissimum numen ex Aegypto elata manu eduxit, repraesentauit Iesum, in prima pueritia ex Aegypto, in quam confugere propter infidias Herodis necessum habebat, reuocandum. Nos minime omnium negamus, pluribus locis sensum mysticum inesse; neque infitias imus, hunc sensum, ubi reue-

ra est, esse verum sensum; neque in dubium vocamus, ei robur probandi competere; nec denique impugnamus, Iudaeos saepe sensum mysticum sequi, eum tunc per vtiliter subinde contra eos adhiberi posse. Sed illud nobis volumus, quod ad mysticum sensum prius deueniendum non sit, quam rei necessitas eum postulat. Non postulat vero eum aliqua necessitas, si in loco aliquo de eodem subiecto literaliter agitur, idemque iam sensu litterali adseritur, quod alii demum supposito sensu mystico exculpere volunt. Deficeret hac ratione typus cum antitypo conferendus; quod contra naturam sensus mystici pugnat. Immo, si vel maxime fieri posset, vt textus aliquis V. T. in N. T. allegatus, de aliis etiam sine absurditate acciperetur, et dein mystice ad Christum traheretur: praeferrenda tamen est illa interpretandi ratio, qua ductu solius litterae, sine adhibitis prius inuolucris, statim ad Christum ducimur. Conf. MAIORIS *diff. de d.ctorum V. T. in N. allegatione cap. 6. §. 39.* Quid enim opus est sensu composito, si simplex sufficit; et quare via difficiliore, atque ea, qua per ambages imus, vt volumus, vbi via faciliore et breuiore incedere poteramus? Haec vero dicta sint de praesenti negotio. Quamuis concederemus, aequè feliciter secundum sensum litteralem Hoseam de populo Israelitico, ac de Iesu, accipi posse: rectius tamen hic posterior explicandi modus anteferreretur priori. Quid? quod, ostendi potest, in dicto Hoseae loco plane non de populo Israelitico, sed potius de solo puerulo Iesu, ex Aegypto euocato, agi. Atque eo magis speramus, fore, vt, qui mysticum sensum huc vsque in hoc textu venati sunt, patulas aures

nobis praebituri sint, si perpendant, grauissimis incommodis se inuolui, si populum ex Aegypto eductum typum in Hosea esse velint Christi, Aegyptum suo tempore a tergo relinquentis. Cum enim vates diuinus in eo sit, vt ingratissimum animum horrendaque facinora alia, quibus se contaminauerant, Israelitis exprobrat, quos tamen ceu filium ex Aegypto liberaffet, totque aliis obruisset beneficiis: non intelligo, qui populus ita delineatus typus esse queat innocentissimi Iesu ex Aegypto reducis. Quemadmodum igitur vix absque scandalo cum nonnullis dicitur, Noachum nudatum post crapulam typum fuisse I. C. nudi a cruce pendentis; et sicuti fatis incommode feruus, cuius aures subula perforabantur, quando hero suo in posterum seruitia sua addicere vellet, pro typo Christi, serui patris, venditatur: ita mihi aequae intolerabile videtur, immorigerum, ingratum, ferocem atque indomitum populum, ex Aegypto extractum, typum Christi idem experti constituere. Denique secundum mysticam interpretationem statuendum foret, vocem ישראל et לבני vnicum denotare subiectum; quod attento lectori non potest non offendiculo esse: etenim mysticismo nondum occupatus ita intelliget verba, vt is, qui vocatur *puer* et *Israel*, diuersus sit ab eo, qui vocatur *filius Dei*. Si de vnico subiecto tum typice, tum antitypice, sermo fuisset prophetae: dixisset haud dubie; *cum Israel puer esset, dilexi eum, atque ex Aegypto vocaui ipsum*. Cui difficultati vt occurreret *Gusserius*; adserit cum KIMCHIO; vocem לבני non esse synonymicam, sed potius aetiologicam causamque dicti designare: vt adeo sensus sit; vocaui Israelem ex Aegypto,
quia

quia ipse est filius meus. Sed vero 1) hac ratione לְבַנִּי in-
tegram constitueret propositionem; quod per accen-
tum leges, quibus vox haec cum praecedenti conne-
ctitur, admitti nequit. Taceo 2) quod particula לְ
significatum causalem non habeat apud ebraeos, si
cum verbo *kara* componitur, siquidem *kara* cum לְ
constructum nudum obiectum, quod vocatur, de-
signat.

§. XV.

Nunc nihil super est, nisi ut adferamus, eruen-
dum tenendumque hoc loco sensum litteralem, pro-
scripta adlusionem mera, reiectoque sensu mystico. Pos-
semus integrum catalogum eorum texere, quibus non
minus litteraliter apud Hoseam de Christo agi in men-
tem venit. Honoris causa nominamus EVSEBIUM
demonstr. euang. L. IX. demonstr. 4. RUPERTUM TUI-
TIENSEM in comment. in Hos. ALPHONS. TOSTA-
TIVM quaest. 57. in Matth. FRANCISC. IUNIVM paral-
lel. sacr. L. I. parall. 6. RIVETUM in comment. ad Hof.
TARNOVIUM in Hof. CALOVIUM in bibl. illustr. ad h. l.
ANDR. OSIANDRUM in harm. ev. ad h. l. SEB. SCHMI-
DIVM, GRVNENBERGIUM diff. 2. de filio Dei ex Aegy-
pto vocato, WAGNERUM in annotat. ad h. l. Matthaei,
SVRENHVSIVM in Βιβλία κατά Ματθαίους p. 183. et OEDE-
RUM in Centur. coniectur. de difficilioribus S. S. lucis p. 529.
sqq. Interim tamen non omnes vna eademque ince-
dunt via, sed hic modo ita, alius modo aliter rem in-
stituit. Ne vero lectori nauseam creemus, a percen-
sendis variis variorum interpretationibus lubenter ab-
stinemus, eam potius proposituri, atque deinceps
omni virium conatu tuituri, quam nos optimam, fa-
cilli-

Sed adhibito
sensu litte-
rali.

cillimam, tutissimamque esse arbitramur. Vertimus itaque verba Hoseae II, 1. sequentem in modum: *quamuis puer*, pueriliter agens, *sit Israel*; *nibilo tamen minus amo eum*: ideoque *filius meum ex Aegypto vocabo*: *Ob Israel gleich ein Kind*, laeppisch, kindisch, ist; *liebe ich ihn doch*: *und derowegen*, zum Beweis dieser Liebe, *will ich meinen Sohn aus Aegypten rufen*.

§. XVI.

Huius demonstratur
1) possibilis
2) interna.

Vt ordine, distincte, solideque procedamus 1) *demonstrabimus*, adlatam explicationem per voces ebraicas tum interne, tum vero etiam externe *admodum esse possibilem*; Quodsi vero hoc praestiterimus, *adferemus* 2) *illa argumenta, quibus euincitur, eam quoque vnice esse in h.l. veram, et hinc actu ipso admittendam*. Quantum igitur 1) ad *possibilitatem* a) internam, quam in vocum significationibus ponimus; non est, cur de voce ישראל aliquid moneamus: conuenimus enim cum aliis omnibus, qui vel ad accommodationem, vel ad mysticam explicationem confugiunt, in eo, quod posteros patriarchae, Iacobi seu Israelis significet, adeoque collectivè h.l. accipiat de populo Israelitico. Quando vero a) particulam ו *concessive*, quamuis reddidimus, in eo ab aliis secedimus; vnde nostrum est indubia eius rei exempla suppeditare. Videantur ergo Gen VIII, 21. non addam amplius maledicere terrae propter homines, ו *quamuis* figmentum cordis hominis malum sit a pueritia cap. XLVIII, 14. prudenter ita fecit, *etsi* Manasseh esset primogenitus. Ex XIII, 17. non duxit eos per viam terrae Philistaorum, *quamuis* propinqua esset. c. XXXIV, 9. eat quaeso dominus in medio nostrum, *etiamsi* populus durus

illis

durus ceruice ille sit. Adde his *Deut XXIX, 18. Ios XVII, 18. 2 Sam. II, 7. Ps XLI, 5. Es XII, 1. Ier. IV, 30. Dan. IX, 9.* et plura conf. apud NOLDIVM in *concord.* p. 371. edit. TYMPHII. Pergimus *b)* ad nomen נַעַר, quod neque de aetate, neque de primis reipublicae initiis, cum pueritia conferendis; sed de ludicris puerorum moribus, intellectus rationisque exigua cultura, et toto vitae genere stolido et imprudenti, adeoque de *pueriliter agente* accepimus; qui ad modum puerorum, ut PAVLVS loqui amat *I Cor XIII, 11.* pueriliter loquitur, pueriliter sentit, pueriliter cogitat et ratiocinatur. Neque haec significatio in sacris inaudita est. Prouocō eum in finem ad *2 Paral. XIII, 7.* vbi de *Rechabeamo* legitur, *ipsum fuisse*, cum regnandi initium faceret, נַעַר *puerum.* Quod sane de aetate, quia iam annum quadragesimum primum viuendo expleuerat, intelligi nequit; sed potius de *animo ipsius puerili* capiendum est. Hoc confirmatur immediate sequentibus; additur enim: *et tener corde*; quod defectum iudicii, effeminatum animum, inopiam consiliorum, exiliumque fortitudinis innuit. Vnde mirum non est, ipsum hominibus mendicabilis, viris nullius frugis, ad Ieroboamum collectis, ut in antecedentibus commemoratur, obistere non potuisse. Et *Rechabeamus* quidem suo exemplo probauit, quae pater ipsius scripsit *Cobeleth. X, 16.* vbi eadem nostra significatio reperitur: *vae tibi terrae, cuius Rex puer*, id est, *pueriliter agens est.* Hunc significatum omnino hic valere, sequentia docent: *et cuius principes mane, seu studiose, comedunt*, ita ut gulosi mentem plane obnubilent. Idem intelligitur ex opposito *vers. 17.* descripto: *terque quaterque felix illa terra est, cuius*

ius rex est filius ingenuorum, seu nobilium, non stemmate solum, sed maxime animo. Sicuti igitur כְּחַרְרִים recte ad animum transfertur; ita merito idem de voce נָעַר affirmatur. Succedat Prouerb. I, 4. vbi Salomo dicit, se prouerbia prolaturum esse ad dandum simplicibus seu inconsideratis, qui se facile decipi patiuntur, astutiam seu prudentiam et calliditatem serpentinam; et PVERO cognitionem et cogitationem seu solertiam in consiliis excogitandis. Cum prouerbiorum auctori in more positum sit, vt, in priori commatis alicuius hemistichio posita, explicet in altero: facile patet, ipsum, quos antea voce פְּתָיִים simplicium designauerat, nunc substituta alia puerorum nomine denotare. In hunc censum etiam venit Es III, 4. Postquam enim Deus comminatus erat vers. 1. - 3. se ablatum esse a populo fulcra omnia, quibus vitam tolerarent, nec non homines fortes, bellatores strenuos, graues ecclesiastici et ciuilibus ordinis viros, in honore constitutos, artifices peritos, sapientes, prudentes, sagacesque: tum e contrario praedicat, v. 4. se daturum esse ipsis PVEROS in principes, qui iudificationibus ipsis essent dominaturi. Pueros immissurus erat, et re ipsa immisit, non tam ratione aetatis, quam potius ratione imprudentiae atque ineptitudinis. Confirmantur haec ex vers. 12. vbi dicitur: quod attinget ad meum populum, quisque exactorum eius infans est seu pueriliter agens; et mulieres seu molles atque effeminati principes dominantur ei. Forte etiam huc vocari possunt Prouerb. VII, 7. et Esaiiae LXV, 20. quibus tamen non immorabimur. Sicuti vero vox נָעַר apud ebraeos aliquando agentem pueriliter designat; ita eodem in sensu apud graecos istud verbum, quod alias puerum, et

et infantem aetate, innuit, obuium est. Hinc PAVLVS I Cor. XIV, 20. vult, Corinthiis cauendum esse, dum linguis peregrinis admodum delectabantur, ne pueri fierent *ταῖς φρεσίν* mentibus et sensu. c) Nulla ferme difficultate laborat, quod particulam ו in verbo יארכרו tamen interpretati simus. Quem admodum enim illa omni connexioni, quam contextus suadet, inseruit: ita illa etiam hunc significatum optime induere potest. Conf. Ierem. II, 11. ATTAMEN *populus meus permutauit gloriam suam cum eo, quod non prodest.* Deut. I, 26. ATTAMEN *noluistis adscendere.* Cant. I, 5. *Nigra sum;* ATTAMEN *formosa.* Ezech. XVI, 60. TAMEN *ego recordabor foederis mei tecum.* Adde Amos VIII, 12. Ionae II, 7. Mich. III, 11. etc. Ad eundem modum d) nullam remoram iniicere potest, quod posterius ו in voce וּמְצִירֵי per *ideoque, propterea*, explicuerimus. Confirmatur enim hic significatus ex Genes. XXX, 11. IDEOQUE *vocauit nomen eius Gad.* Leuit. X, 2. PROPTEREA *exiit ignis a lehoua.* Deut. XXXI, 17. QVARE *exarsit ira mea contra eum.* Quibus subiunge Gen. III, 23. Num. XXII, 27. Deut. XXVIII, 48. Ier. XIV, 22. Esth. IV, 4. Iud. IX, 54. I Sam. XIV, 15. Ion. I, 5. I Par. V, 10. etc. Denique e) neminem offendere potest, nos verbum קראת in futuro transtulisse. Cum enim nos hic vaticinium de futuro quaeramus; prophetae vero futura tamquam praesentia sistant, quoad sensum tamen pro futuris accipienda: omni iure secundum stilum propheticum versati sumus. Possent vero etiam praeteritii significatio retineri, si verteretur: *vocare decreui.*

§. XVII.

Eruiitur β)
possibilitas
externa.

Non vero sufficit, in constitutis vocabulorum significatibus nihil deprehendi, quod linguae ebraicae genio inimicum sit; sed requiritur etiam, β) ut ostendamus, textum ita, ut a nobis factum, explicatum eiusmodi sententias complecti, quae in Israeliticum populum, cui Messiae reditus promittitur, quadrare possint. Quando igitur in nostra explicatione adseruimus, Israelitas *ad instar puerorum pueriliter* egisse; nihil diximus, quod iis non conueniat. *Pueri* 1) rationis usus expertes sunt, atque exercitatos sensus non habent, destituuntur hinc boni malique cognitione sufficiente solidaque, et gradus boni ac mali multo minus determinare valent: 2) sensibus nec non phantasiae aduersi sunt, id est re sua esse existimantes, quod voluptatem parit sensualem, malum vero esse iudicantes, quod sensuale taedium fert secum. Vnde est, ut, 3) propensionibus, suis repraesentationibus respondentibus, indui, summe incauti, praecipites et imprudentes, aures maxime patentes praebeant illis, qui via sensibus grata actiones ipsorum dirigere instituunt, atque ut perpetua euadant turpissimorum deceptorum mancipia. 4) Ex eodem fonte sequitur, ut crepundiis delectentur, maximi momenti bonis a tergo relictis posthabitisque; nec non 5) ut petulantes, lasciuos, et immorigeros se gerant erga eos, qui ipsos in ordinem redigere, rectiora docere, compescere, atque a vitiorum coeno auocare ad virtutem voluerint, iugum omne, si fieri posset, excussuri.

§. XVIII.

§. XVIII.

Ouum ouo non est similius, quam Israelitae pueris ita factitantibus. Siue enim eos sub Mose, siue sub prophetis, siue sub ipso Christo, consideres, non nisi pueriliter cogitantes, eligentes, loquentes et agentes deprehendis. Quamuis enim, vt a Mosis temporibus incipiamus, in Aegyptiaca seruitute, tamquam in *for-nace ferrea*, bene cocti, filiis suis crudelissime orbati, et cetera pessimi habitii essent, ita vt merito habuissent, cur sibi, ex eadem erepti, mirum in modum gratularentur, Deumque summis laudibus extollerent: nihilo tamen minus tam stolidi atque ab vsu sanae rationis remoti fuerunt; vt, allium, pisces, carnesque Aegyptiacas anhelantes, sibi in Aegypto bene fuisse propterue iactantes *Num. XI, 18.* reditum in eam aliquoties meditentur. Et quid absurdius ab ipsis fieri poterat, quam vt, inopiam vel aliquo modo sentientes, etsi Deum tot miraculis inter se conspicuum viderant, praesentissimaeque auxilia cum stupore et admiratione experti erant, animum omnem plane abiicerent, de se nunc plane actum esse pueriliter autumantes? Quid vero stoliditatem, puerilemque eorum indolem magis manifestat, quam quod, vitulo ex auro confecto, nihil de potentissimo suo ductore, quo huc vsque in columna vsi erant, cogitantes, dies festos indixerint, visibile hoc numen sacrificiis coluerint, in eius honorem ederint biberintque, et choreas, in omnem lacticiam effusi, instituerint? Res gestae eorum omnes fere describendae nobis essent, si imprudentiam, praecipitantiam, inobedientiam, et puerilia alia commemorare vellemus. Ne igitur plura cumulemus, ad propheta-

Continuatur
haec tractatio.

rum veniamus aetatem, vbi animo ludicro, cui se olim permiserant, conseruato, insuper maxime solidam posuerunt in cultu leuitico externo, nucleo sub cortice latente relicto, arque inprimis in templo, fiduciam, apud ipsos esse templum Dei ridicule numquam non clamitantes, quo ipso puerulis, crepundiis se delectantibus, se ostenderunt simillimos. Denique eadem indole praediti fuerunt aetate Messiae. Praecipui Iudaeorum doctores, sectae Pharisaicae addicti, praecepta in infinitum multiplicantes, merasque traditiones auditoribus obrudentes, artibus magicis, superstitioni intolerabili, horrendisque fabulis dediti, tantum non sannis digna proponebant, nihil crepantes nisi quae ad externam munditiam, indeque meritum aliquod comparandum pertinebant. Vix a risu et cachinno sibi temperare potest, haec qui legit, quae de precibus, de munditie Pharisaica, eiusque variis gradibus, atque huius generis aliis praecipunt. Vix a pueris expectari poterant, quae viri illi barbati, sapientiae opinione eo vsque inflati, vt se aliis omnibus praeferrent, saepe saepius effutierunt. Naenias eiusmodi maxime pueriles legere qui gestit, *LIGHTFOOTVM in horis ebraicis*, nec non *EISENMENGERVM* euoluat, *im entdeckten Iudenthum*. Hinc Celeber. *SVREHVSIVS* in *βιβλῶν κατὰ λέξαι* p. 183. aptissime inquit, *Hosiam praefigurare voluisse, aduenturum Messiam, quando populus Israeliticus propter doctrinae imminutionem versabatur in statu puerili, quemadmodum constabat sub templo secundo populum Israeliticum in statu puerili fuisse versatum, quia summus pontifex plus offerenti concedebatur, populique doctores erant seductores; ita vt lex oralis, siue traditiones Mosaicae primo syne-*
dris

drio datae usque adeo deprauatae essent, ut nemo Israelitarum ope doctoris traditionarii ad veram sacrae scripturae intelligentiam peruenire posset, sed Israelitae per omnem vitam in schola puerili apud magistrum alphabetarium detinerentur. Doctores vero si huius furfuris erant; quid mirum, si eorum doctrinae curaeque commissi eadem inania puerorum delectamenta sectati sunt? Notatu quoque dignum est, quod ipsa eorum scripta futuram Messiae aetatem ita delineent, ut omnem sapientiam veram exultaturam, et meram insaniam yecordiamque regnaturam esse sibi praesagiant. Sic enim in *Babyl. Janbedr.* fol. 97. 1. legitur: *R. Iuda dicit, in generatione ista, cum filius Davidis aduenerit, scholae erunt meretrices, Galiaea vastabitur, Gablan excidetur, incolae terrae circumuagabuntur ab urbe in urbem, et misericordiam non adsequentur, sapientia scribarum foetida erit, et qui peccare timent spernentur, eruntque facies generationis istius, sicuti facies conum, et deficiet veritas etc.* Atque ita reuera contigisse, nos ex historia euangelica certo certius scimus, qui exstantissima turpis atque indignissima ipsorum infantiae testimonia produnt. Prae ceteris euolui merentur, *Matth.* XXIII, 4. sqq. a Christo ipsis exprobrata, quae satis superque animum eorum, ad pueriles ludos et iocos compositum, manifestant. Sicuti ergo *clauem cognitionis*, i. e. modum ad veram, masculam et salutarem cognitionem perueniendi, Iudaeorum scribae abstulerant, quod grauissime monetur a seruatore *Luc.* XI, 52. ita loco eius nugae anilesque fabulas serebant, quas reprehendit Paulus *Tit.* I, 14. vnde eos *verf. 10. immorizeros, vaniloquos, et deceptores* vocauerat; quae quam pueris fraenum mordentibus, inaniaque prensantibus con-

conueniant; nemo non intelligit. Relinquemus hanc tractationem, dummodo lectori in mentem reuocauerimus, Christum etiam *κατὰ ψήφον* suam, in quam incidit, generationem cum malae notae flectique nesciis pueris contulisse. Recitantur haec a *Matthaeo* cap. XI, 16.-19. Imprudentissimos enim atque maxime morosos, quasi omnem salutis viam eiurassent, se aequae erga Iohannem, austeram vitae rationem sequentem legemque docentem, ac erga Messiam, laetissima nuntia praeconiantem, gerebant, ita ut via superesset nulla, qua mentes corruptissimorum puerorum expugnari possent.

§. XIX.

Pergitur in
hoc negotio.

Ex hactenus dictis, uti opinamur, satis clarebit, nos haud inique egisse, dum Iudaeos vitam lasciuientium puerorum inde a retro tempore vixisse diximus; propter quam *Hoseas* propheta ipsos nomine *נער* compellare potuerit. Sed superest alia quaedam ratio, quam *PAVLVS Gal. IV, 1. fqq.* insinuat, ex qua itidem hoc nomen merentur; quam paucissimis pro instituto nostro exponemus. De pueris notum est, eos, quantumvis bene moratos, et vel maximarum opum patrum futuros heredes, donec ad maturiorem aetatem, certioreque rationis ac experientiae usum annosque maiorennitatis, ut vocant, peruenerint, non sui iuris, sed alienae, vel patris vel tutoris, aut, si mauiis, praefecti et dispensatoris, a patre adhuc uiuo constituti, potestati subiectos esse, ab aliorum nutu pendere, et cum seruis, qui ad dominorum voluntatem agere tenentur, timendique causas habent, plura communia habere. Et haec quidem fuit Israelitarum, etiam fidelium,

lium, sub V. T. vsque ad Christum, praeunte Paulo l. c. vers. 3. conditio. Declarauerat quidem Deus Exod. IV, 22. 23. in amoris intensissimi testimonium, se habere eos pro filio suo, eoque primogenito, respectu aliorum, qui sequentibus temporibus ex aliis nationibus ad eandem gratiam vocandi erant; atque ab eo tempore idem nomen saepe iis tribuit Deuteron. XIV, 1. c. XXXII, 19. 20. Es I, 2. c. LXIII, 8. Ierem XXXI, 9. Eze. h. XVI, 20. Interim tamen *νηπιους* erant similes, legi Mosaicae rituali, durissimum seruitutis iugum imponenti, quod nonnisi *πνευμα δαδειας εις φοβον* spiritum seruitutis ad timorem Rom. VIII, 15. inspirabat, subiecti, ita vt nondum hereditatem hilares adire, eaque frui et perfrui, remoto moroso *επιρροη, σκονομη* et paedagogico, possent. Siue igitur absurdos puerorum, qua puerorum, mores, siue seruilem eorum conditionem, cogites: recte adferri potest, *Israelem* fuisse vsque ad Messiae tempora puerum; Hoscaequae nos nullam vim inferre constare potest, si vocem *נער* non de aetate, sed de indole puerili explicuerimus.

§. XX.

Quamuis vero puer esset Israel; *tamen amauit eum* Et finitur. Deus. Sicuti hoc ipso infinita illa beneficia, tum corporalia et terrestria, tum spiritualia, quibus hunc populum inde ab initio adfecerat, includuntur et supponuntur; ita potissimum tamen ad Messiae aduentum, ex eodem oriturum, sedemque inter eos fixurum, respicitur. Hinc dicitur: *ideoque vocabo* seu *vocare decreui filium meum ex Aegypto*. Promissus hicce filii reditus praegressuram ipsius natiuitatem, secundum prophetas determinatam, inuoluit, atque inprimis ad officium

F

medi-

mediatorium, praecipue propheticum et sacerdotale, inter ipsos administrandum, lectores remittit; quod eo modo factum non fuisset, nisi pater ipsum ex Aegypto reuocasset. (§. II.) Vnde promissio ea super re data maximi utique erat facienda, et pro insigni amoris diuini specimine habenda. Quomodo vero haec cohaerere possint, quod Deus Israelis, pueriliter agentem, amaturus, filium ex Aegypto reuocauerit; tum ex antecedentibus potest intelligi, tum a SVRENVISIO l. c. p. 184. est explicatum, inquit: *Hoc itaque in statu cum versaretur populus Israeliticus, praedicente Hosea, Dominus filium suum vocare voluit ex Aegypto, ut ille populum in viis ad salutem rectius erudiret, quia Dominus populum suum quantumuis puerilem diligebat, et miserrimi illius status misereri volebat, quemadmodum erga pueros - teneriori solemus affici amore, quam erga adultos. etc.* Si vero etiam feruilem puerorum conditionem, qualis in Iudaeos V. T. cadebat, et quam (§. XIX.) tetigimus, respicere velimus: tunc non minus opportune reditus Christi, tamquam amoris diuini erga eos testimonium allegari potest. Habemus huius rei indicem diuinum PAVLVM Gal. IV. Vbi enim a v. l. 3. enumerauerat, Galatas sub oeconomia V. T. constitutos *vn̄tius* fuisse, elementorum mundi seruituti addictos; addit vers. 4. sq. *cum vero venisset plenitudo temporis* s. illud tempus, quod pater coelestis constituerat, ut sub lege rituali, tamquam custode et paedagogo feruiori, essent, coll. v. 2. *emisit tandem Deus filium suum, natum ex muliere, legique subiectum, ut eos, qui sub lege erant; redimeret, ut filiationem seu ius filiorum acciperent.* Hoc vero fieri nequiuisset, nisi ad Israeliticam terram reuocatus esset; superiora docent.

§. XXI.

§. XXI.

Quam hucusque vt possibilem produximus, explicatio, lectori penitus persuadebitur, si docuerimus, eam totum contextum prophetae postulare. Id vero manifestum euadet, si cap. XI. cui nostrum vaticinium debetur, paullo adcuratius inspiciamus. Propheta scilicet, qui in antecedentibus grauissimum populi reatum, indeque enatas poenas, commemorauerat, nunc ad nouam se conuertit orationem, eamque *octauam* ordine, qua maximi momenti beneficia, aetate N. T. ipsis exhibenda, exponit; simul vero declarat, neque eorum repraesentatione eos ad frugem redire, sed indies maiora in malis capere incrementa: vnde iustissimum Numen non posset non ad inferenda varii generis supplicia descendere. Addit quoque, non quidem iniuriam ipsis fieri, si a Deo plane abiicerentur; interim nolle Deum omnem gratiam iis denegare; ideoque edisserit, futurum adhuc esse, vt per immensum Dei fauorem ad Deum plures eorum aliquando conuerterentur. Iuuat, haec vt eo rectius perspiciantur, totum caput breui aliqua paraphrasi illustrare. Quamuis, ait Deus, (v. 1.) pueriliter agat, quod in superioribus concionibus satis superque ostensum est, et mox pluribus ostendetur, Israeliticus populus; tamen eum impense amo: ideoque decreui filium meum vnigenitum suo tempore ex Aegypto vocare. Merito ipsis obiiicio, quod pueriliter agant; (v. 2.) prout enim reuocarunt eos serui mei, ad cultum et obsequium meum, et ad fidem in saepius promissum seruatorem: sic ingratiissimo et refractario animo, ad instar contumacium discipulorum, qui monitoribus tergum obuertunt, abierunt ab illis, Baalim sacrificarunt, scul-

2) Probatur
veritas no-
strae senten-
tiae.

prilibusque suffitum praestiterunt. Ego, res cum ita
 essent, (vers. 3.) pro clementia mea, paterno amore
 flagrans, gressus his pueris formare manuque ducere
 eos volui; sed nequaquam stupidi hi agnouerunt, quod
 commodis eorum inferuire conarer. Ita etiam (v. 4.)
 tractu filiorum dilectorum, summaque caritate, non
 plagis, quibus morosi pueri coerceri solent, alexi
 eos; sed sui ipsis, sicuti impositurus iugum capiti.
 Num ergo semper contumaciam eorum ita impunitam
 transmittam? Minime vero. Itaque (v. 5.) efficiam,
 vt ne amplius reuertantur ad auxilia petenda, quod
 hucusque fecerunt, in Aegyptum; sed Assyrius iis do-
 minabitur, inque miserrimam captiuitatem eos abdu-
 cet, quia ad me, benignum patrem, reuerti nolunt.
 Permanebit enim gladius apud eos, eosque maximam
 partem necabit, propter noxia, quae inierunt, confi-
 lia. Nihilo minus (v. 7.) defixi haerent in auersione
 sua a me; et licet prophetae mei eos ad altissimum ex-
 piandum ac venerandum inuident, his omnibus tamen
 nihil quidquam mouentur. Quomodo itaque, (v. 8.)
 compello tuam ipsius conscientiam, tractare te possem,
 o Ephraim; traderene te possem extremo supplicio, o
 Israel, ita vt nec vola nec vestigium tui amplius super-
 sit? At enim vero vehementissimos misericordiae mo-
 tus erga te ego sentio, et viscera mea poenitudine et
 commiseratione erga te vruntur; cuiusmodi quid pa-
 tris, vtut immorigeros filios habent, experiuntur.
 Non ergo (v. 9.) te prorsus delebo, quia misericordia
 mea non est, perinde vt hominis, finita; neque tua
 infidelitas meam fidem, quam promissis datis praestare
 soleo, tollet: quamuis nunc iustissimo iudicio contra
 tuas vrbes venturus sim. Tandem igitur aliquando
 (v. 10.)

(v. 10.) post infinita commiserationis fauorisque mei documenta, Iehouam sequentur, qui veluti leo potenti et diuina euangelii voce rugiet; ipse enim Deus rugiet, et tunc cum timore ac reuerentia adcurrent filii seu posterii ipsorum ex omnibus mundi plagis (v. 11.) per quas dispersi sunt, habitaturi in ciuitate Dei seu ecclesia.

§. XXII.

Ex adlatis abunde patet 1) Deum Israelitis *Hof XI.* Pergitur in hoc labore. eiusmodi agendi rationem obiicere, quae stolide, imprudenter, petulanter, et refractarie agentium puerorum est, qui nonnisi verberibus coerceri se patiuntur, monitis autem paternis, maximisque beneficiis nil quidquam mouentur; 2) Deum nihilo tamen minus, quod blandorum patrum est, omnem ^{σοφην} erga pessimae indolis pueros exuere non potuisse, ideoque modo hac modo alia via, eos ad saniora vt reduceret, laborasse; denique 3) ad hunc finem obrinendum eis maximi momenti beneficia, tempore N. T. futura, promississe. Si igitur Israelitae per totum caput tamquam pueri sistuntur; et Deus vbiuis paternum animum paternosque mores prae se fert; si porro de rebus ad N. T. pertinentibus agitur: quis non videt, propositam a nobis interpretationem, totius orationis scopo, feriei et habitui respondere, ideoque de iure amplectendam esse?

§. XXIII.

Sunt alia etiam momenta, quibus cogitata nostra commendari queunt. Etenim 1) nihil in iis contorti aut longe petiti reperitur; 2) apte *filius* vocandus ab *Israele* puero, vti simplicitas textus imperat, et Ven. *Autor adnotationum in bibl. Halens. ebr.* iam dudum obseruauit, distinguitur; quod vero maximum est, sic 3) fides Matthaeo alleganti locum *Hoseanum* constat. De Chri-

sto enim omnium rectissime istud repetitur vaticinium, quod de ipso secundum totum contextum *literaliter* agit. (§. 4. n. 4. et §. 14.)

§. XXIV.

Et in sum-
mam redigi-
tur.

Liceat nobis, priusquam hinc abeamus, ex tractatione hucusque suscepta, summam facere, omniaque in compendium mittere, quae ad confirmandam nostram sententiam faciunt, ut ipse lector diiudicare valeat, veritas utrum penes nos sit, an minus. Quaecumque igitur interpretatio alicuius vaticinii in N. T. allegati 1) possibilis est quoad voces in se consideratas; 2) in subiectum, de quo agitur, bene quadrat; 3) per integrum contextum admittitur et determinatur; 4) nihil contorti complectitur, et distinguenda probe distinguit; 5) litteralem sensum sequitur, et hinc neque mera adcommodatione a scriptore N. T. facta, neque sensu mystico opus habet; et denique 6) scriptoris N. T. allegationem quam maxime extra controuersiam et in tuto collocat: ea merito pro vera, intentioniue Spiritus S. conuenientissima est habenda. Atqui nostra ita sese habet, uti ex antecedentibus intelligi potest. E. Conceperunt quidem SPANHEMIVS *dub. eu. P. II. p. 491. sq.* OLEARIVS l. c. et MARCKIVS ad h. l. contra hanc explicationem varia dubia; sed vix credimus, tanta ea esse, ut lectori nostra suspecta reddere possint. Calamum itaque hic ponimus, Deum optimum Maximum precati, velit iubere, ut haec conamina nostra in suam ipsius gloriam, et in aliquale aliorum commodum cedant!

F I N I S.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE
HONORVM PHILOSOPHORVM
CANDIDATO

HVIUS DISSERTATIONIS AVCTORI

S. P. D.

P R A E S E S.

Recte mones, PRAENOBILISSIME DOMINE CANDIDATE, sub finem dissertationis TVAE, postquam sententiam TVAM rite explicaueras probauerasque, non opus esse, vt in confutandis aliorum obiectionibus, quae hucusque contra mentem TVAM prolatae sunt, laborares: ita enim illae se habent, vt facile tolli, neminem vero a TE alienum reddere queant. Rem vel vnico exemplo comprobabo. Celeb. dum viueret, OLEARIUS obf. S. in Matth. p. 57. pro omnium improbabilissima habet eorum sententiam, qui locum Matthaei ex Hosea illustrare insinuant, eo ductus argumento, quod versio τῶν LXX. καὶ ἐξ Ἀγυπτῆς μετακαλεσα τα τεκνα με satis ostendat, quae veterum Iudaeorum de hoc loco sententia fuerit. Non iam urgebo, quod nonnullos suspicatos esse memini, versionem τῶν LXX fortassis a recentiori manu corruptam esse, cum olim cum veritate ebraica conspirauerit; neque ex eo, quod codice haud punctato vsi sint, rem expediam: sed liberaliter concedam, hanc versionem ab ipsismet profectam, verbaque prophetae de Israelis filiis seu gente Israelitica accepta esse, quia connexionem verborum aliter capere nequiverunt. Quid vero tum? Nonne infinita alia prostant exempla, quibus doceri potest, ipsos nimium quantum a textu ebraico deuiasse? Sic e. g. quando Ionae III, 4. in fonte legitur: adhuc quadraginta dies supersunt, deinceps Ninive subuertenda est; οἱ LXX. habent: ἐτι τετρεῖς ἡμέραι etc. quadragenarium dierum numerum in triduanum turpiter commutantes. Quid vero inde, si veritatem amat, illaturus est, subsistendum esse in hac versione; quia ex ea intelligeretur, eam exhibere mentem ea aetate inter Iudaeos receptam? Sit ergo ita, τῆς LXX. prophetam de Israelitarum euocatione

*tionem intellexisse, eamque sententiam tum temporis fuisse maxime per-
 uulgatam; quod ipsis non adeo vitio verto, quia hoc uaticinium ante
 implementum omnino obscurum esse poterat, dum e contrario exitum
 suae gentis ex Aegypto bene memoria tenebant: hoc tamen prophetae,
 longe alia eaque sublimia cogitanti, fraudi esse nequit; nobisque post
 complementum sufficere debet, quod Matthaeum ueritatem prophetae in-
 terpretem, qui iure ab erronea hac translatione abstinuit, nacti sumus.
 Nolo autem his diutius immorari, sed ad TE venio, PRAESTAN-
 TISSIME CANDIDATE. Ante hos quatuor annos academiam
 Lipsiensem adiisti, atque per integrum biennium, et unius anni dimi-
 dium, ab ore Virorum Celeberrimorum, HEBENSTREITII, BARD-
 TII, WOLLII, WINCKLERI, WERNSDORFII et SANGKII, ita
 pependisti, ut tum in philosophia, tum in philologia sacra, tum in
 theologia laudabiles profectus adquisueris; quibus instructus nostram
 quoque musarum sedem petiisti, ubi superiores eruditionis thesauros collectu-
 rus. Frequentasti eum in sinem Scholas Magnifici Dn. D. MICHAELIS,
 Viri Perillustris, academiae Cancellarii, L.B. de WOLF, Viro-
 rum Venerandorum, BAUMGARTENII, CALLENBERGII, KNAP-
 PII, Virorum Praecellentiss. IOACHIMI atque EBERHARDI, in
 singulis summa cum assiduitate singularique cum fructu versatus. Id
 ipsum vel ex eo intelligi potest, quod pronuper Amplissimo Philoso-
 phorum Ordini, in profectus TVOS inquirenti, postquam Magisterii
 honores ab eo TIBI expetiisses, abunde satisfeceris, ita ut nil dubi-
 tauerit, eos tamquam bene promeritos TIBI decernere, actu a me
 conferendos, si dissertatione inaugurali dexteritatem TVAM publice
 etiam demonstrasses. Quae cum ita sint, DIGNISSIME DO-
 MINE CANDIDATE, gratulor TIBI studia academica ad
 exoptatum finem perducta, gratulor insignes progressus in iis factos. gra-
 tulor eruditionis specimen, quod eruditorum oculis subiicis, gratulor
 denique honores philosophicos. Faxit Deus, ut haec omnia in nominis
 diuini gloriam cedant; augeat TE omnis generis animi et corporis bo-
 nis; plurimosque vsus ex TE in alios redundare iubeat! sicuti mea
 TIBI officia in posterum quoque promitto; ita amorem mihi TVVM
 ut conserues, peto. Dabam d. 2. Maii MDCCCLIII.*

CLARIS.

OMNIBUS CLARISSIMO
HONORVM PHILOSOPHORVM
CANDIDATO

S. P. D.

IOANNES GODOFREDVS BVESSER,
VRATISLAVIA - SILESIVS. OPPONENS.

Ad TE, AMICE AESTVMATISSIME, quae in praesenti perscribam, duo habeo potissimum, quorum prius TE, honoresque solempni proclamatione in TE conferendos concernit; rem vero meam propius alterum tangit. In utroque expediendo brevis ero, bene multis induclus rationibus, Ad illud itaque quod attinet, gratulor ex sincero animi affectu dignum studiis TVIS praemium, honorum philosophicorum gradum. In laudes TVAS non discurram oratione, quamvis, quantum earum sit, et illo iam fuerit tempore, cum in patria communi imbueremur literarum disciplina, non sane nesciam. Non nescit eas Lipsia; nec Fridericiana ignorabit nostra, dissertatione hac TVA, de auctoris sui doctrina sat, opinor, edocta. Gratulor TIBI in primis factos in re sacra philologica progressus insignes, ardoremque quo huius tituli studia adamasti et tractasti. Melius sic omnino, AMIGE, in caussa hac sapis, innumeris aliis, quos vel ebraeae vocis ductus citius pellunt, quam sumus apes. Regiam hanc, ad interiora sacri codicis adyta, viam secutus, loca eiusdem duo recludis feliciter; eadem incedes inuentum strenue defensorum sensum non minus feliciter. De postremo, quod dicere constitueram, pauca. Iubes, AMICE HONORATISSIME, ut dubia, quantula forsitan in dissertatione a TE confecta aborta mihi fuerint, TEcum comunicem publice, eorumque a TE e cathedra disputatoria excussionem expectem. Cedo voluntati TVAE, et opponentis munus suscipio; num ornauerim, euentus docebit. Multum TIBI interea gratiarum debeo, pro hoc TVI in me fauoris testimonio, et, quantum illarum possum, persoluo publice. Caeterum res TVAS, Deo annuente, feliciter omnes age: Vale, mihi que, si meruero, in posterum quoque faue. Dabam Halae Magdeburgicae, A. O. R. MDCCCLIII. a. d. V. Kalendas Maii.

G

CLARIS-

CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
MAGISTERII CANDIDATO

S. P. D.
DANIEL FRIDER. MOSE, VRAT. SILES.

OPPONENS.

Amicitiam, VIR DOCTISSIME, quam per tot annorum interuallum inuicem inuinculatae fouimus, vix atque vix quidem mente concipi posse arbitror. Etenim, nec tanta absentia, nec locorum distantia, in quibus commorati sumus, nostrum valuit disrumpere amicitiae vinculum. Postquam Lipsiae per aliquod temporis spatium studiis inprimis sanctioribus dedisti operam apud animum constituere commigrare Halam. In numerum musarum Fridericionae relatus maxima cum animi assiduitate prosequeris studia bene inchoata. Hic loci vetus confirmabatur amicitia indiesque crescebat. Grata sane et iucunda haec fuit mihi familiaritas! Quapropter quantum in viribus erat sicum, eandem conseruare et augere sollicito studui, nilque magis in votis habui, quam vt nunquam TVA me dignari amicitia desineres. Vocis hisce iustis ac aequis, TE Amicorum optime, reuera satisfecisse me oportet fateri. Etenim ex sententia TE semper bonum veranque habui amicum. Tantum absit, vt TIBI suauius blandiri, sit animus. Talis enim farinae homines detestor. Expertus loquor. Quam ob rem non opus esse existimo, vt indicia amicitiae huius certa atque indubitata in medium proferam. Minime cedit amori, quo amicos prosequeris, TVA in omni genere eruditionis scientia. Per modestiam TVAM haud licebit multa de eruditione solida, quam aspirasti et etiam adsecutus es, facere verba. At enim vero specimen, quod iam edis, non possum non quin ad probandam adductam sententiam adlegem. Ex dissertatione TVA inaugurali solidissime conscripta sole clarius apparebit, quid numeri TVI valeant. Opponentis prouinciam mihi mandasti. En nouum amicitiae non fucatae documentum. Hanc quoque in me suscepisti, sed hoc animo, vt nobis sit saltem certamen amicum. Non parere tentabo victoriam, sed palmam TIBI lubens dabo. Gratulor interim TIBI, AMICE DOCTISSIME, specimen bene collocatae industriae. Gratulor honores, qui hanc et virtutis studium mox insequuntur. Sic tandem finis coronae opus! Capiat ex eruditione TVA, qua instructus mox patrias repetes lares, vsque ad emolumentum maximum Ecclesia Christi-

Christiana. Euenient TIBI omnia fausta feliciaque, si Deus O. M. mea vota secundat. Pergas, obsecro, prouti huc usque fecisti, et in posterum amore TVO me amplecti: id est, quod ex intimo cordis affectu opto atque voued. Persuasum habeas velim me TVI et amicitiae TVAE nunquam immemorem fore. Quod vero reliquum est me TIBI vice plus simplici commendatum habeas. Vale, iterum iterumque vale. Dabam Halae Magdeb. d. XXV. April. A. O. R. MDCCCLIII.

MONSIEUR,

Vous ne sauyés ignorer qu' il y a déjà quelques années qu' une amitié assez étroite nous a unis ensemble & je me rappellerai toujours avec plaisir tant d' heures agréables que Votre conservation m' a sù changer en autant de momens. Je n' oublierai jamais ces heureux momens. là & si jusqu' alors j' ai toujours embrassé avec plaisir toutes les occasions que j' ai pû trouver de Vous. donner des marques de mon estime; Vous voulés bien que je profite avec empressement de celle, qui s' offre aujourd' hui à moi de m' en acquiter publiquement. Vous allés prendre le degré de Maître es Arts. Souffrés que je joigne ma très-humble congratulation à celles de Vos autres amis. F' y ajoute le vœu sincere, que la Providence Vous fasse recueillir beaucoup de fruits d' une dignité que Vous merités si bien. Adieu MONSIEUR. N' oublés jamais un ami, qui Vous aime et qui Vous souhaite du fond de son cœur de jouir toujours de toutes les prosperités, dont notre humanité est susceptible. Je suis

MONSIEUR,

à Halle le 28me Avril
an 1753.

Votre très-humble et très-obeissant serviteur
BENIAMIN REICHE
de Polckwiz en Siles. Erud. en Th.

So leicht erwirbt niemand die Ehren-Crone
Wer kämpft, der halte auch im Kampfe aus,
Sonst bringt er nichts als Schimpf und Spott zu Lohne.
Statt Lorbern zieret ihn ein Nessel-Straus.
Statt Ehre, wird ihn die Verachtung crönen.
Und wer ihn sieht und kennt, wird ihn verhönen.

Die.

Die Weisheit folget eben diesen Stufen
Sie crönt nur den, der ihr mit Ernste dient
Sie will nur den zu ihrem Throne rufen
Der ihr Reich zu erweitern sich erkühnt:
Sie will nur die als ihre Kinder kennen
Die voller Eifer für ihr Wachsthum brennen.

Die Göttin selbst wand die Myrten-Cränze
Mit Fleis, mit Lust, und an Vergnügen voll
Sie nahm, und ging bei angebrochnem Lenz
Zu sehn, wer diesen Schmuck erhalten soll.
Sie sprach: Niemand soll dieser Schmuck ergehen
Den meine Nähe nicht als würdig schätzen.

Sie rief den weisen Vätern ihrer Staaten
Und sprach: Wohl an, nehmt meine Kinder vor
Erforscht ihr Wissen, prüfet ihre Thaten
Die Faulheit stürzt, und hebt den Fleis empor:
Denn untersucht den Fleis für meinem Throne
Und wer den Preis behält, dem gebt die Crone.

Hier gingen nun die Väter hoher Schulen
Und suchten ihre besten Kinder aus
Sie selbst wolten um den Vorzug buhlen
Für unsern Sohn, hies es, gebührt der Straus
Bis legt die Göttin, unter frohen Thönen,
Beschloß Fribricianens Sohn zu crönen.

Hochedler Freund! Dein Wohl, Dein Glücke
Erfreut mein Herz, das Dich recht zärtlich liebt
Es sieht mit Lust und Anmuths vollem Blicke
Wie Dir die Weisheit Straus und Crone giebt
Es sieht mit Lust den Anfang Deiner Ehren
Es wird mit Lust derselben Wachsthum hören.

Hiermit wolte dem Herrn Verfasser sein aufrichtiges Vergnügen über Desselben erhaltene höchste Würde der Weltweisheit bezeigen, und sich zu fernerer Freundschaft bestens empfehlen, ein aufrichtiger Freund und Diener

Christoph Gottlob Hentschel,
von Samitz aus Schlesien, d. h. G. B. Westl.

ERRATA.


p. 7. §. 1. lin. 10. *advogatur* lege *advogaturi*. p. 14. §. 6. lin. 18. *evocando* lege *evocandum*.
p. 19. §. 10. lin. 21. *Egypt* lege *Aegypt*. p. 39. §. 18. lin. 13. *Galiaca* lege *Galilaea*.

Fd 2287

X 2284284

Vd 18

nc





DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM INAVGVRALEM
^{QVA}
STABILITO VERO SENSV
VERBORVM HOSEAE XI, I.
DIFFICVLTATES
CIRCA
ALLEGATIONEM MATTHAEI II, 15.

COORTAE TOLLVNTVR
CONSENTIENTE
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
PRAESIDE PROMOTORE
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQVE
DOMINO

IOANNE FRIDERICO STIEBRITZIO
PHILOSOPHIAE ATQVE OECONOMIAE PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO
FAVTORE ET PATRONO PIE COLENDO

PRO
SVMNIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
RITE OBTINENDIS

D. MAII A. MDCCLIII.
PLACIDAE ΦΙΛΟΛΟΓΟΥΜΕΝΤΩΝ ΔΙΣΚΥΣΙΩΝΙ
SVBMITTIT
AVCTOR RESPONSVRVS

IOHANNES SAMVEL KNOTHIVS
SAGAN. SILESIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

